130.

iussu & in uoce archangeli & in tuba dī descendit de
celo · & mortui qui in xp̄o sunt resurgent primi · De
inde nos qui uiuimus qui relinquimur · simul rapi
emur cum illis in nubibus · obuiam xp̄o in aera · &
sic semp̄ cum dn̄o erimus · Itaq; consolamini inuicē ·
in uerbis istis · LECTIO · E · B · P · A · AD CORINT · FRS ·
SICVT PORTAVIMVS IMAGINEM TERRENI ·
portemus & imaginē celestis · Hoc autē dico
frs · quia caro & sanguis regnum dī non possunt
possidere · neq; corruptio incorruptelam possidebit ·
Ecce misterium uobis dico · Omnes quidem resurge
mus · sed non om̄s immutabimur · In momento inic
tu oculi · in nouissima tuba · Canet enim tuba · &
mortui resurgent incorrupti · & nos immutabimur ·
Oportet enim corruptibile hoc induere incorrup
tionem · & mortale hoc induere immortalitatem ·
Cum autē mortale hoc induerit immortalitatem ·
tunc fiet sermo qui scriptus ē · Absorta ē mors in
uictoria · Ubi est mors uictoria tua · ubi ē mors acule
us tuus · Stimulus autē mortis peccatum ē · uir
tus uero peccati lex · Dō autē grās qui dedit nobis
uictoriam · p̄ ihm̄ xp̄m · dn̄m nr̄m ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm18669/0263